Epitoma originum M. Porcij Catonis

A fontibus ruribus Tyberis, ad Narem Umbri inhabitant. Principis Tyberidis
in fine Ameria, et Fider sunt. Galli omnē Umbriam pulsis Etruscis occupa-
verunt, exceptis Tyberno, Crēta, Hyspello Fulgineo, et vetusta Veiox prole, quæ
Vetlumbriam, idest, Veiam priscam antiquam Umbrā dicit. In quibus Principes fuit
964 Sfoletum, Fider, Mevania, et Ameria ferme nongentis annis et amplius
restituta ante Persicum bellum a Veijs Etruscis, antea condita duce Amerote
Atlantis Itali ex Pleione uxore filia

Festus Pompeius
Ameria Urbs in Umbria ab Amero appellata

Ameria ante Romam conditam 875 an.
ab Amerote ad Persici bellum an 1465 } ex tabulis an. Jo: Lucidi Senon.
Hoc belli a Urbe condita an 590

Ant. Gor. in Vita Angeli Cesi Sueßani

Ameria habet post tergum a septentrione Alpinos Umbriæ montes quindecim mi-
libus passuum continuis jugis in ea parte se protendentes. ipsa in medio ad erigendi-
ces sita in quodā amoenissimo colle, a læva a Nare fluvio, a dextra a Tyberi pari quin-
que millia spatio distat. et adquinta lapidem a fronte Nar in Tyberim defluens ante
ipsā urbem triangulī speciem præbet. quā regione priscī Sabini incoluere. Omnis
ille tractus arenosus est, a Tyberi aut Nare fluvio, ad Ameriā, et perdifficilis
Ameriæ ingressus. in quo quidē aspexit Cicero Sex: Roscij tot decies in latissima prædia possidentis
Post pauca. Ameriæ muri sic constructi ex lapidibus durissimis, ut tamen nō rectis
lineis coeuntibus, nec quadratis sed curvis lineas formas imitantibus veterum. ita
tamen compositis, ut vix ea in natura dignoscatur. Nulla Europæ urbs, nec ipsa quidem
Roma se talibus circumdatam mœnibus jactare potest.

Structa gigantei assurgent saxa Lucerij